



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum**

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In  
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim  
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindellicorum ; Græcii, 1739**

Q. 3. An, & quomodo peccet Pontianus per eam Creditorum solutionem, &  
an ad aliquam restitutionem teneatur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

ræ periculum ſubiret, lucrum quoque ad Principem pertineret, æquum enim eſt, ut ejuſdem ſit lucrum, cujus eſt periculum, & damnum, uti habetur in *l. idemque, §. ſi mandavero, ff. mandati, & l. ex mandato ff. eod. commodum enim eius eſſe debet, cujus periculum eſt.* Deducta tamen mercede laboris, & ſumptuum à negotiante ad faciendum lucrum impenſorum.

599 Nec obest, quòd leges prohibeant, ne pecuniæ publicæ titulo mutui, vel alterius contractûs exponantur, *l. 1. & 2. C. de his, que ex public. collat. & l. 1. C. de his, qua ex public. ration. l. 10.* Nam id ſecundùm D. Anton. l. c. Sylv. Bejam, Rebell. Laym. l. c. Salas D. 3, p. 2. Navar. & alios, intelligendum eſt de illo, qui negotiatur cum periculo, & damno Reipublicæ, vel eorum, quibus debent Statutis temporibus Stipendia ſolvi non verò de caſu particulari, quo certum eſt nullum damnum Domino eventurum, & ſcandalum ceſſat

Cùm tamen ejuſmodi negotiationes plerumque non ſine ſcandalo fiant, & in damnum Principis, vel Communitatis cedant, ideò quibuſdem in locis, ſi ejuſmodi Officiales negotiatores deprehendantur, graviter puniri, & Officio amoveri ſolent, ut notat Laym. l. c.

Ad 3. Q. R. cum Molina D. 600 313. & Lug. Pontianum Theſaurarium accipiendo partem debiti, vel aliquid aliud, ut in ſolutione Creditorum unum præferat alteri, peccare graviter pro rei gravitate, & teneri ad reſtituendum ſic acceptum. Ratio eſt, quia non eſt in poteſtate ejuſmodi Principis Miniſtrorum Principis Creditorum unum præferre alteri cum detrimento publico, & præjudicio aliorum, nec retardare ſolutionem, ſi habeant bona Regis, unde ſolvant, aut per ipſos ſtet, quo minùs ea habeant, nec ullus ſuppetit titulus, quo ab injuſta retardatione excuſentur; & ſicut ipſe Rex ea de cauſa nequit accipere remiſſionem debiti, aut quidquam aliud, teneaturque reſtituere, ſi ita, & ideò accipiat; ita nec ejuſ Miniſtri loco Principis ſolventes ea de cauſa quidquam accipere poſſunt, & ſi accipiant, ad reſtituendum id obligantur, quod ſic injuſtè accepere: Imò ſi ejuſmodi Miniſtri pecuniâ Regis utantur ad negotiandum, eaque de cauſa differant ſolutiones, ut ita Creditores ea debita longè minori pretio vendere cogantur, non ſolum tenentur reſarcire Creditoribus damna, quæ ea de cauſa eis obveniunt, ſed etiam obligantur compenſare damna ipſi Regi, eò quòd omnia cariùs vendantur, & locentur ideò, quia ſolutiones non ſunt debi-



to, & convenienti tempore, ut competat, dividenda sunt bona,  
 notat Molina l. c. Quòd si non & pro proportione, & rata de-  
 ad sint bona sufficientia, unde bitorum per partes præstanda  
 omnes statim solvantur, præfe solutio, ita ut nullus Cre-  
 rendi sunt ii, qui jus prælatio- ditorum grave-  
 nis habent, vel si nulli tale jus tur.

# FINIS.



INDEX